





1741.

1. Cramerus, Joh. Ulrichus: De cautela Socii abundanti. Programma, quo prolecciones intimat.
2. Cramerus, Joh. Ulrichus: De substitutione fidei commissariae matris in viam, quo liberi ipsius infra pubertatem recesserint. . . Programma, quo lectiones suas intimat
3. Cramerus, Joh. Gottlieb: De juramento in litem singularis interesse
4. Kuntz, Johann Adamus: De relocatione tacita
5. Liheth, Conradus: De alienatione et omissione minorum valida atque invalida.
6. Zink, Johann Christianus: De amicitia compositione et in specie de transactionibus nec non de differentis, quae intercedunt inter transactiones atque pacta remissoria

1742

1. Cramerus, Joh. Ulrichus: De vero ordine successionis feminae tum secundum jus primogeniturae in lege demonstratione atque plane in fine successionis Augustini. Tomus Bararicae in plerisque locis Austriacae . . .

1742.

2. Estor, Johann Georg: Von der ehemaligen Einrichtung  
der Juristen-Fakultäten, dem Ursprung u. der Art und Weise  
Ordinarius . . . im Ladungsschafft zu seinen Winterver-  
lesungen.
3. Ferrus, Christ. Fridr: De appellatione extrajudiciali,  
an impediatur attentata.
4. Koenig, Leon. Cornelius: De viraria potestate in per-  
tibus regni Archiducatus et Italiae. Pizzanum, quae  
protectiones suas intima
5. Pfeffer, Fr. Jac. Dmeslus: De successione descendente.  
sive legitima civili.

1743.

- 1<sup>a</sup> Estor, Franc. Georgius: De summa Circulorum Germani-  
corum libertate, ratione bellicorum, civilium  
reconuiscorumque, quam sancto Imperatoria Consi-  
III Caesaris . . . capite XII § 4. . . firmavit
- 1<sup>b</sup> Estor, Franc. Georgius: De restricta agendi appellationi-  
que facultate ratione bellicorum civilium et reconu-  
iscorum, de quibus circuli Germaniae statuerunt,

et illust. Cap 12 & 7 sanctionis Imp. Caroli VII.

1743.

2. Hartmannus, Joh. Adalp: De jure Directorum  
in circuitibus sacri Imperii Romano. Germanici.
3. Hombergk zu Vach, Amstius Ludovius: De ultimis  
voluntatibus ex verisimili mente testatoris ad  
casus incogitatos exten den dis. Programma, quo est  
lectio in iuribus.
4. Hombergk zu Vach, Amstius Ludov.: De reviviscentia  
jurium extinctorum.
5. Schantz, Fridr. Christianus: De jure accrescendi  
ab intestato et ex testamento.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*









Pri. 47<sup>rum</sup>. 23.

9.  
D. JOH. ULRICI CRAMERI,

POTENTISS. SUECOR. REG. HASS. LANDGR. CONSIL.  
AUL. PROF. JUR. ORD. p. t. FACULT.  
JUR. DECANI.

---

PROGRAMMA

DE

P. 270.  
CAUTELA SOCINI  
ABUNDANTE,

---

QUO

PRÆLECTIONES AD SYSTEMA SUUM MA-  
NUSCRIPTUM JURIS CIVILIS

INTIMAT.

---

CUM RESPONSO FACULTATIS.

---

MARBURGI CATTORUM, 1741.  
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MULLERI, ACAD. TYP.



D. JOH. ULRICI CRAMERII

Professoris Mathematicae in Universitate  
Almae Matris Lipsiae  
Lipsiae

PROGRAMMA

DE


CAUSIS SOCIETATIS  
ARISTOTELICAE

ET

PRINCIPALIA AD SYSTEMA SUUM MA-  
THEMATICUM

QUI RESPONDO FACULTATIS

MAGISTRO GOTTFRIDUS  
THEOPHILUS CASIMIR MULLERUS AGGREG.





**L**egitimam fideicommisso illicite gravari, communis est doctrina. Unde colligitur, filium in hereditate tota institutum, aut fideicommisso universaliter gravatum, legitimam detrahere & de illa pro libitu disponere posse (a), etsi fideicommissum favorem piæ causæ concernat (b), idque adeo, ut si filius decedens a tali fideicommisso legitimam non detraherit, integrum hoc jus sit ejus liberis, & ab istis ad quoscunque heredes transmittatur (c). Atque hoc obtinere, etsi filius paternæ hereditati sese immiscuerit, etiam absque protestatione, asserunt GAIL. (d) & STRYCK. (e); cum sola approbatione Testamenti sibi non præjudicet, e & quamdiu legitimæ in specie non renunciatum, hæc se va maneat (f), nisi Testamento adjecta sit clausula, ut idem impugnaturus, tantum in legitima institutus esse debeat, qualem cautelam, quam SOCINI dicunt (a BARTHOLOMÆO SOCINO, qui eandem L. I. Consult. 122. suppeditavit), satis Praxi confirmatam esse Doctores

A 2

com-

(a) FUSAR. de Fideic. Subst. Qu. 296. n. 2. KNIPSCHILD. de Fideic. Famil. Illustr. c. 5. n. 120. STRYCK. de Cautel. Testam. c. 17. m. 2. §. 15. (b) MENOCH. de Præsumt. L. 4. Præsumt. 196. n. 17. STRYCK. c. 1. (c) FRANZK. ad ff. Tit. de Inoff. Test. n. 54. STRYCK. c. 1. (d) L. 2. O. 119. n. 8. (e) c. 1. §. 16. (f) CARPZOV. P. 3. C. 12. d. 4. in fin. ibique Esbach.

communiter asserunt (g), adeo ut nisi hac ratione electionem liberis suis reliquerit Testator, iidem legitimam detrudere possint, teneanturque tantum ad reliquum fideicommissum affectum absque fructibus tamen restituendum (h). Enimvero mihi hæc cautela abundans videtur: non enim necessarium iudico, ut clausula dicta Testamento inserta sit, si liberi teneantur universa bona cum legitima restituere, hæcque adeo onus admittat. Et quidem rationes meas ita subduco: Si simpliciter verum, quod statuit BERLICHIVS (i), & cum MENOCHIO (k) & MASTRILLO (l) tradit WERNHER (m), posse patrem gravare filium, ut restituat legitimam ei debitam, quando ultra legitimam eum heredem instituit, sequitur ut abundans hæc sit cautela. Atqui verum est anteced. Ergo etiam consequens. Consequentia firma est. Si enim pater gravare potest filium, ut restituat legitimam ei debitam, quando ipsum heredem ultra legitimam instituit; ipso facto institutionis ultra legitimam electionem ipsi concessit, num eadem contentus esse, an vero universa bona cum onere fideicommissi ipsam legitimam afficiente acceptare velit, cum tamen dicta cautela per indirectum filio istam electionem & mediante eadem id tribuat, ne filius gravatus nec læsus intelligatur (n): quod abundantiam ejusdem aperte prodit. Qui enim dicere potuisset Testator, quod universa bona fideicommissum offi-

(g) FR. NIGER CYRIAC. CONTR. JUR. 148. Cardin. de LUCA Theatr. Verit. & Justit. Tr. I. P. 3. Disc. 17. 18. CELS. Decis. 235. n. 5. MERLIN de Legit. L. 3. T. 2. Qu. 8. (h) Conf. SETELS de Jure circa Cautelam Socii §. 20. (i) In Decis. Aur. CX. (k) Conf. 196. n. 15. (l) L. 2. D. 181. n. 28. (m) P. 6. O. 478. (n) STRYCK. de Cautel. Testam. c. 17. m. 3. §. 15. seqq.

officiant, si legitimam exciperet? Qui dicit omne, excludit nihil: adeoque nec legitimam quæ sub universis bonis comprehenditur. Cumque etiam quoad ultimas voluntates nil frustra expressum censendum sit, nec signum istud universalitatis frustra adjectum præsumendum, eo minus quod Testatori ignotum non fuerit, legitima privari non posse eos, quibus competit. Unde utique colligendum, quod, cum nihilominus eandem expresse ab onere fideicommissi non exemerit, ipsam per concessam electionem bonorum, quæ legitimam longe excedunt, & usumfructum, qui ad tempus restitutionis usque percipi potest, adeo compensari voluerit, ut lucrum, quod inde redundat, multum excedat damnum, quod ratione legitimæ apparenter inferitur. Ac proin locum non habet, quod alias juris tritissimi est; in dubio Testatorem juri communi sese accommodasse. Quæstio est de legitima, an eandem gravaverit Testator nec ne. Verum jure communi eandem revera nunquam gravare potest, sed semper gravamen compensare tenetur, ut cesset. Id autem tum fit per modo deducta, quando eos, quibus debet legitimam, ultra eandem heredes instituit. Nil itaque impedit, quominus verba WERNHERI filium in legitima gravari posse, si ultra legitimam heres instituat, ita intelligamus, ex eo quod pater filium ultra legitimam instituerit heredem, & fideicommissio gravaverit non deducta legitima, concludi posse, quod etiam hanc subintellexerit, salva tamen filio electione. Quod vero antecedens attinet, posse patrem gravare filium, ut restituat legitimam ei debitam, quando ultra legitimam eum heredem instituit, dubio caret: relinquit enim ei facultatem eligendi legitimam vel bona universa etsi cum onere. Quæ si una cum hoc elegerit, onus istud damno æquiparandum, quod propria sua culpa sentit: damnum ve-

ro, quod quis propria sua culpa sentit, sentire non censetur, sicque onus istud saltem apparens est. Fieri etiam potest, ut usufructus, quem percipiunt liberi, donec eventus restitutionis extiterit, legitimam, quam cum universis bonis restituant, non solum adæquet, sed multum superet. Egregia sunt quæ hanc in rem in l. 12. C. de *Inoff. Testam.* rescribit Imp. ALEXANDER LICINIANO & DIOGENI: *Si pater puellæ (cujus vos Curatores esse dicitis) filio ex semisse, ipsa autem ex triente. & uxore ex reliquo sextante scriptis heredibus, fidei filiorum commisit, ut si quis eorum intra 25. annos ætatis decederet, superstitibus portionem suam restitueret: præterea uxori, ut id, quod ex causa hereditatis ad eam pervenisset, filiis post mortem suam restitueret, fideicommissit, calumniosam inofficiosi actionem adversus justum judicium testatoris instituere non debetis: cum ex hujusmodi fideicommissaria restitutione tam matris quam fratris ejus portio ad eam poterat pervenire.* Ex quo evidens, ob id, quod portio hæc ad filiam poterat pervenire Imperatorem statuisse, onus legitimæ majori lucro iterum tolli, ut de illo conquerendi nullam justam habeat causam. Imo ulterius in genere id inde elicere licet, quod judicat BERLICH. c. 1. legitimam onus adeoque etiam conditionem toties admittere, quoties favorem liberorum concernunt. Quoniam enim legitima ceu portio certa lege debita in favorem liberorum introducta est; menti legislatoris istiusmodi onus prorsus conveniens est, imo onus proprie dici nequit. Tunc enim potissimum utilitatem liberorum respicit, quando eo mediante impeditur, quominus bona ipsorum Pater malæ administrationis suspectus dissipare possit, eumque in finem liberi in universis bonis instituantur heredes sub conditione, si puberes fuerint. Pone enim legitimam ipsis relinqui; metuendum est sane, ne eadem

eadem defraudentur, consequenter si in universis bonis quamvis cum onere fideicommissi instituuntur, id ipsis non nocet, multum vero prodest, quatenus bona acquirunt ultra legitimam, quæ ipsis non debentur. Nec antequam puberes extiterint, facultatem testandi habent, consequenter nec conqueri possunt, quod priventur facultate disponendi saltem de eo, quod lege ipsis debetur. Ita Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS in l. 25. C. de inoff. Testam. rescripsere: *Filius matrem, quæ de mariti moribus secus suspicatur, ita posse consulere, jure competentum est, ut eos sub hac conditione instituat heredes, si a patre emancipati fuerint, atque eo pacto secundum Tabulas bonorum possessionem patrem cum re accipere non videri, qui conditioni minime obtemperaverit: neque ei nomine filiorum inofficiosi eo modo actionem competere posse, quibus nullam injuriam fecerit mater, sed potius putaverit providendum, & ideo restituere debet.* Nimirum eo ipso quod pater conditioni obtemperare detrectat, suspectus fit: cum alias ni legitimam dilapidare intenderet, ex amore erga liberos conditionem adimpleret, ut plura bona quam alias acquirerent. Quid prodest autem legitima liberis, qua defraudantur? In hunc eventum potius Legitimam nec jure nec natura ipsis competere credendum est. Quare cum exhereditatio nil sit quam privatio legitimæ; nec istiusmodi liberi in casu deficientis conditionis exhereditati censendi, nec præteriti, cum etiam præteritio legitimam supponat. Ac proin Novellæ 115. c. 3. pr. qua sancitum est, *non licere penitus patri vel matri liberos suos præterire aut exheredes facere in suo Testamento, nisi forte probabuntur ingrati, & ipsas nominatim ingratitude causas parentes suo inseruerint Testamento*, hic locum non esse in propositulo est, consequenter eadem adductis Legibus derogatum esse dici

dici nequit. Caterum (ut redeamus in viam) dicis, atque ita frustra sudavit SOCI NUS in invenienda Cautela, quæ ab ipso nomen sortita! Sed quid tum si id dicamus? Fuit JCTus Italus. Quemadmodum autem reliquis JCTis contigit, ut in contractibus Cautelas abundantes excogitaverint, de quibus STRYCKIUS peculiari Dissertatione egit, ita nec mirum, si & hic quoad ultimas voluntates in cautela abundante suppeditanda aliquid humani passus SOCI NUS. At jam porro inquirendum, quid ulterius observandum sit, si liberi ultra legitimam heredes instituti bona universa relicta autem fideicommissio affecta? Distinguendum mihi videtur, an hereditati sese immisceant nec ne. Siquæ sese immiscuerint, quomodo id factum fuerit, an cum vel absque protestatione. Si sese non immiscuerint, legitimam dubio procul accipiunt: cum nil sit, si cum reliquis bonis restituatur, per quod compensetur. Enimvero si hereditati sese immiscuerint absque protestatione scientes eandem universam fideicommissio affectam esse, legitima intuitu lucri fructuum ex universis bonis percipiendorum, donec eventus restitutionis extiterit, renunciasse censendi sunt. Indeque dein bona absque fructibus restituunt. Secus si eidem cum protestatione sese immiscuerint: quo casu retenta legitima reliquorum bonorum restitutionem & quidem cum fructibus promissis censendi. Qui casus est, quem WITTEBERGENSES apud WERNHERUM respexere, decedentes, filium quando ultra legitimam heres institutus acceptare etiam teneri onus in legitima, vel restituere id, quod ultra legitimam ipsi relictum una cum fructibus. Si itaque onus acceptat in legitima, universa bona absque fructibus restituit. Utrumque nimirum legitimam & fructus ex bonis ultra eandem simul petere nequit, sed horum concessio ab arbi-



arbitrio patris dependet. Quoniam vero Pater intendit, ut universa bona sua fideicommissario restituantur, eosdem concessisse non præsumendus, nisi onus in legitima acceptetur, imo cum in finem fructus istos concessisse præsumendus est, ut ad acceptandum onus istud filius permoveveretur: cum filius, ut *WITTEBERGENSES* pergunt, isto casu conqueri non possit, quod pater ipsum in legitima gravaverit, quia non dicitur filius gravari in legitima, quando habuit recompensationem. Hinc dijudicet filius necesse est, si se ultra legitimam heredem institutum, quoad universa bona vero legitima expresse non inclusa, fideicommissio gravatum agnoscat, an consultius sit legitimam absque dicto onere, an cum isto acceptare. Si ipsam cum onere acceptat, semetipsum quidem privat facultate de ista testandi; tantum autem e contrario ex fructibus bonorum universorum lucrari potest, ut ampliorem nanciscatur testandi facultatem. Si vero absque onere legitimam suam acceptat & nihilominus bonis reliquis sese immiscet, caveat ne fructus inde percipiat: cum ad id, quod ultra Legitimam ipsi relictum una cum fructibus condemnari queat. Ex quo apparet, non de lana caprina esse disquirere, an eo jam filius in legitima gravatus censendus sit, quod pater ipsum ultra legitimam heredem instituerit, an vero præcise opus sit, ut legitimæ mentionem injecerit, ut nempe eadem contentus esse debeat, si Testamentum impugnaturus esset, quemadmodum fit, si *Cautela Socini* adhibita. Interim quamvis in ea sententia persistam, filium eo solo, quod ultra legitimam institutus & fideicommissio gravatus fuerit, se in legitima gravatum agnoscere teneri, adeoque *Cautela Socini* opus non sit, eandem tamen adhiberi, si quis legitimam quoque fideicommissio afficere intendat, securius esse judico. Facilius inde mens Testato-

B

ris

ris perspicitur, nullisque dubiis involvitur, etsi æqui re-  
rum arbitri ex ipso facto institutionis ultra legitimam &  
gravamine universorum bonorum cum onere fideicommissi  
intentionem ipsius gravandi filium in legitima citra ullam  
hæsitationem perspiciant, tacitique & expressi in jure ean-  
dem vim esse admittant. Quemadmodum ex hac ratione  
in aliis casibus quoque plures aliæ cautelæ ex superabun-  
danti adhiberi solent. Non enim nocent his in casibus, sed  
magis profunt, etsi necessariæ non sint. Atque hoc sensu Cau-  
telam SocINI abundantem dico, quatenus necessaria non  
est, reorque eadem inventa demum consultius esse cepis-  
se, in Testamento exprimere, ut legitima quoque fidei-  
commissio affecta sit, vel Testamentum impugnaturus tan-  
tum in legitima institutus esse debeat, cum *per deducta* id  
per se intelligatur, si ultra legitimam is institutus, cui ean-  
dem debetur, universis bonis sine mentione legitimæ fidei-  
commissio affectis. Nescio itaque, an tali laude dignus  
sit SocINUS, qualem vulgo ob hoc *εὐσημία* consecutus,  
supervacaneamque reor eorum operam, qui disquirunt,  
an illa ipsi potius, quam ANGELO vel DURANTI, quo-  
rum in operibus jam simile inventum reperitur (1), debeat-  
tur. Propositus nobis fuit nuper Casus, in quo Avus &  
Avia Nepotem suum ultra legitimam quidem instituerunt  
heredem, sed ei simul fideicommissarie quoad omnia bona  
relicta alium substituerunt. Et respondimus juxta Prin-  
cipia modo allata, quod eo ipso Nepotem in legitima gra-  
vaverint, adeo ut ipsi vel legitima sola absque onere, vel  
restitutio universorum bonorum, legitima inclusa in even-  
tum mortis suæ absque prole eligenda fuerit, etsi quoque  
Cautela SocINI in Testamento adhibita non fuisset ar-  
tic.

(1) Cardin. DE LUCA Theatr. Justit. & Verit, Tract. I. Part.  
III. Disc. XVIII. n. V.

tic. 6. verbis (m): Und da nun Sechstens mehrbesagter  
 unser Enckel Samuel Alexander wider alles Verhoffen ge-  
 gen diese zur Conservation unserer Familie angesehene letz-  
 te Willens-Erklärung das allergeringste vornehmen, und  
 dieselbe anfechten oder damit nicht zufrieden seyn wolte,  
 so wollen wir denselben auf solchen Fall nur zum hærede  
 in legitima htermit instituiret und eingesetzt haben, und  
 soll der Uberrest auf uns und unsere Kinder und Erben  
 vererbfallen; ob ea nimirum Testamenti verba sola: Da-  
 fern aber 5) dieser unser Enckel Samuel Alexander nach  
 dem Willen Gottes entweder vor uns oder nach uns her  
 ohne Hinterlassung rechtmässiger Leibes-Erben oder Kin-  
 der mit Tode abgehen solte, so sollen demselben auf sol-  
 chen Fall unsere übrige Kinder und Erben nicht nur pu-  
 pillariter, sondern auch in vim fideicommissi dergestalt in  
 seiner gänzhlichen Verlassenschaft zu gleichen Theilen oder  
 in stirpes substituiret seyn, daß alles, was derselbe von uns  
 als seinen Groß-Eltern entweder bereits schon bekommen,  
 oder noch zu gewarten haben möchte, zusammen wieder  
 zurück auf dieselbe vererbfallen soll, und sonst niemand  
 etwas davon bekommen, qua verba intentionem dispo-  
 nentium satis superque intelligentibus manifestant, idque  
 omne in se incontinent, quod dein in Artic. 6. ex super-  
 abundantanti tantum majoris distinctionis gratia & ad varias  
 Causidicorum ambiguitates præcavendas expressum, quod-  
 que adeo necessario adjiciendum non fuit, si Nepos ad Le-  
 gitimam quoque restituendam teneretur, sed securiores tan-  
 tum disponentes reddidit, ne forsan verba Artic. 5. a non  
 intelligentibus in perverso sensu contra mentem ipsorum  
 acciperentur. Consultum esse duxi, Responsum integrum

B 2

hic

(m) Conf, BOEHMER T. II. Consult. DCLXI. n. 13.

hic subnectere, quo proposita evadant clariora, omniaque dubia tollantur, quæ alias diu detinere possent eos, qui auctoritati Doctorum nimium tribuunt, nec quid admittendum judicant, nisi quod eandem pro se habet.

RESPONSUM JURIS.

**D**Es Uns Endesbenannten eine Facti Species nebst dahin gehörigen Literalien zugesandt, und Wir Unser rechtliches Gutachten darüber zu ertheilen gebethen worden; Als haben Wir alles Collegialiter fleißig erwogen, und die Sache in facto folgender gestalt qualificiret befunden:

*Facti Species.*

**D**Er Ober-Förster und Jagd-Zeugmeister Rosenthal zu Hombressen, welcher vor verschiedenen Jahren verstorben, und dessen noch lebende Ehefrau Eva Rosina Rosenthalin, haben in anno 1723. den 1. Nov. die beygehende vidimirte letzte Willens-Verordnung errichtet, und darinnen unter andern ihrem Enckel nahmentlich Samuel Alexander Rosenthal (welches Vater N. Rosenthal, gewesener Schultheiß zur Trendelburg, tempore conditi testamenti bereits ohne Hinterlassung weiterer Leibes-Erben verstorben gewesen) §. 5. deren übrige in dispositione benahmte Kinder dergestalt substituirt, daß dieselbe, im Fall gedachter ihr Enckel Samuel Alexander ohne rechtmäßige Leibes-Erben versterben würde, alsdann solches Erbschafts-Antheil, das er von ihnen testatoribus zur Zeit des conficirten Testaments bereits schon bekommen, oder noch zu gewarten haben möchte, mit Ausschließung aller andern zurück haben, und respective auf sie devolvirt werden sollte, und zwar ist diese Substitution und respective regulatio der künfftigen Succession nicht nur pupillariter,

son-

sondern auch in vim fideicommissi geschehen, wie dieses als  
 les aus dem allegirten §. 5. des mehrern zu ersehen ist.  
 Nach dieser Väter- und respective Großväterlichen di-  
 sposition und Verordnung ist nun der casus existiret, daß  
 der offerwehnte Enckel vor einiger Zeit in minorenni ata-  
 te ungesehr im 18. oder 19. Jahr unverheurathet, folglich  
 ohne Leibs-Erben verstorben. Es hat sich aber nach sei-  
 nem Ableben die gleichfals angelegte vermeintliche testa-  
 mentarische disposition vorgefunden. Gleichwie nun dar-  
 durch die Succession gegen das Groß-Elterliche testament  
 ganz anderst reguliret, und die übrige des testatoris pri-  
 mi Kinder, ausser ihrem Bruder dem Lt. Hermann Lude-  
 wig Rosenthal, und Schwester des Pfarrer Schleichers  
 Ehefrau, ab hereditate defuncti consanguinei excludiret  
 werden wollen: Als entstehen drey Fragen:

- 1.) Ob nicht das vom Vater und noch lebender Mut-  
 ter, welche ebenwenig mit ihres Enckels angebli-  
 chem Testament zufrieden ist, errichtete Testament  
 oder Elterliche Verordnung zu Recht beständig  
 seye, mithin
- 2.) Der defunctus Samuel Alexander keine facultatem,  
 gegen den §. 5. des Groß-Elterlichen letzten Wil-  
 lens, zu testiren gehabt, und demnach dessen Te-  
 stament sowol nullius momenti, als auch die Suc-  
 cession nach Maas des Elterlichen dickbemeldten  
 letzten Willens vielmehr zu reguliren, und sämt-  
 liche Rosenthalische Geschwister ad hereditatem  
 des verstorbenen Vatters oder Bruders Sohn zu  
 admittiren seyen? oder aber
- 3.) Da allensfalls das Testament Alexander Rosenthals  
 bestehen können solte, ob dann solches auf das  
 ganze Erb-Antheil, so er von seinem Großvater

bekommen oder bekommen müssen, oder aber nur alleine ad legitimam partem der Großväterlichen Erbschaft zu extendiren seye?

Berichten dann auf

**die erste Frage**

vor recht: Obwolen bekanten Rechtens 1) Legitimam debere esse sine ullo gravamine,

L. 32. C. de Inoff. Testam.

Nov. 18. c. 3.

cum non ex iudicio Testatoris, sed ex provisione Legis debeat;

V I N N I U S select. Jur. Quæst. L. I. c. 22.

Unbenebens auch 2) ausgemacht, etiam Nepotibus deberi Legitimam prædefunctis nimirum Parentibus;

auth. in Success. Cod. de suis & legit. hered.

Nov. 18. c. 3.

So ist jedennoch 3) nicht weniger außser aller contestation, wie das ein Vatter oder Groß-Vatter de bonis ultra Legitimam freye Gewalt zu disponiren in Rechten erhalten, adeo ut Pater præcise opus non habeat, filium instituere in tota hereditate, sed sufficiat, si ei relinquat præter Legitimam certa bona, & cum fideicommissio gravet simulque adjiciat, si filius nollet ea bona habere cum fideicommissio, habeat suam Legitimam alio herede instituto;

M A N T I C. de Conject. ult. volunt. L. 7. Tit. 8. n. 11.

S T R Y C K. de Caut. Testam. c. 17. membr. 3. §. 15.

seqq.

Dannhero und da 4) bey gegenwärtigem casu, darauf cardo rei beruhet, ob die in beygelegtem Rosenthalischen Testament beschehene substitutio fideicommissoria zu Recht beständig, der tenor Testamenti aber klärlich ergiebet, das

die

die substitutio in eventum mortis Nepotis, cui ab avo bona ultra Legitimam relicta beschehen.

Als ist sowol an derselben, als auch selbstn des Großväterlichen Testaments Rechts-Bestand nicht im geringsten zu zweifeln,

Worab sich denn

**die zweyte Frage**

von selbstn erlediget. Denn da per haecenus deducta die im Testament beschehene Substitutio fideicommissaria ne ullo quidem Juris colore angefochten werden kan, und zwar um da weniger, je ausdrücklicher sie im Testament enthalten, und nicht erst durch interpretation heraus gebracht werden darf; so muß denn auch in conformität derselben succediret werden, und sind Wir solchem nach der ungezweifelten rechtlichen Meinung

Dasß der defunctus Samuel Alexander nicht berechtigt gewesen, gegen das Großväterliche Testament und die darin beschehene substitution zu testiren, sondern die Succession nach Maas derselben zu reguliren, mithin sämtliche Rosenthalische Geschwister ad hereditatem des verstorbenen Vatters oder Bruders Sohn zu admittiren seyen. Ja so gar

belangend

**die dritte Frage!**

Da beyrn Reichs-Hof-Rath WERNHER

Sel. Obf. For. P. VI. O. 478.

Wittebergenfes JCri mit bündigen Rechts-Gründen dargethan, quatenus pater liberos ultra Legitimam heredes instituit, ipsum eosdem fideicommissio etiam intuitu Legitimae gravare posse; Und dann gegenwärtiger casus dergestalt qualificiret, ja eben derjenige ist, welcher allda vorkommet, immassen der Groß-Vater seinem Enckel durch  
Hin-

Sinzufekung dergleichen Beschwerung einen Vorthail gethan, und ihn über sein Pflicht- Theil ein mehreres, als er sonst zu thun gemeinet, von seinem Vermögen zugewandt, welchen Vorthail, in Ansehung der bey Lebzeiten zu ziehenden Früchte, er erwählen können, hingegen aber auch dadurch zu Restituierung seiner Legitima sich obligiren müssen; dahingegen ihm auch frey gestanden, mit seiner Legitima zufrieden zu seyn, und jenen andern mit denen Gütern zu überlassen, er aber denselben ergriffen, indem er hereditari avitæ absque protestatione sich immisciret, und die Güter bis an sein Ende genuzet; worab nichts anders zu schliessen, als daß er auf Legitimam renunciiret, und sie zu restituiren versprochen, um so viel mehr, weil die Testirende zu allem Ueberfluß ausdrücklich verordnet, daß wenn ihr Enckel Samuel Alexander wider alles Verhoffen gegen diese zur Conservation ihrer Familie angesehene letzte Willens-Verordnung das allergeringste vornehmen und dieselbe anfechten oder damit nicht zufrieden seyn wolte, so wolten sie denselben auf solchen Fall nur zum herede in Legitima instituiret haben, und solle der Ueberrest auf sie und ihre Kinder und Erben vererbsfallen: welches die Cauela Socini ist, vermittelst deren man ohne allen Zweifel Kinder in ihrer Legitima dergestalt, ob zwar uneigentlich, beschweren kan, daß sie entweder mit ihrer Legitima zufrieden seyn, oder dieselbe nebst denen aussere ihr ihnen verlassenen Gütern zu restituiren sich resolviren müssen, in præfenti casu aber das letztere geschehen.

So gehet Unsere rechtliche Meinung dahin, daß des defuncti Samuel Alexanders Testament auch nicht einmal intuitu seiner Legitima zu recht bestehe, sondern es auch mit derselben nach Maas des Großväterlichen Testaments, wie mit den übrigen Gütern zu halten seye.

Welcher Wir jedoch salvo meliori ohnverhalten sollen. Urkundlich Unsers hierunten aufgedruckten Facultäts-Insiegels. Datum Marburg den 5. Novemb. 1740.

Decanus &c.





Marburg, Diss., 1741-43

ULB Halle  
005 034 809

3



TA → OL

1+ 8 Stück verknüpft



9.  
Pri. 47. Cum. 2. 3.

D. JOH. ULRICI CRAMERI,

POTENTISS. SUECOR. REG. HASS. LANDGR. CONSJL.  
AUL. PROF. JUR. ORD. p. t. FACULT.  
JUR. DECANI.

PROGRAMMA

DE

P. 270.  
CAUTELA SOCINI  
ABUNDANTE,

QUO

PRÆLECTIONES AD SYSTEMA SUUM MA-  
NUSCRIPTUM JURIS CIVILIS

INTIMAT.

CUM RESPONSO FACULTATIS.

MARBURGI CATTORUM, 1741.

TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MULLERI, ACAD. TYP.

